



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XCIX. Herzog Otto von Braunschweig und die Herzogin Agnes incorporiren  
der Stadt Salzwedel das Dorf Böddenstedt, am 5. april 1330.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

XCIX. Herzog Otto von Braunschweig und die Herzogin Agnes incorporiren der Stadt Salzwedel das Dorf Bddenstedt, am 5. April 1330.

Dei gratia Nos Otto, Dux in Brunelwiche, antique Marchie Dominus, Ac Agnes, eadem gratia ibidem Ducissa, Tenore presentium recognoscimus publice profitentes, quod nos ducti consilio nostrorum fidelium villam Bodenstede, sitam juxta civitatem nostram Soltwedel, cum omnibus suis bonis sitis in agris cultis et incultis, pratis, pascuis, nemoribus, aquis, piscationibus cum omni iure basso et alto ac omni proprietate et libertate, quibus ipsam dilecti nostri ciues antique ciuitatis Soltwedel hactenus possederunt, incorporamus presentibus seu locamus ciuibus nostris jam dicte ciuitatis Soltwedel temporibus perpetuis absque molestia ad jus ciuitatis pacifice possidendam, ita quod quilibet duo mansi predictae ville Bodenstede pro uno de cetero debent computari, et de unoquoque manso sic computato utique in festo beati Martini, de isto anno et annis singulis subsequenibus, prout suetum est fieri de ceteris mansis predictae antique ciuitatis Soltwedel, unus ferto argenti nobis ac nostris successoribus debet erogari, preter Scultetum qui suos duos mansos, sicuti ceteri Sculteti assolent, liberos possidebit. Vt premissa singula per nos et nostros successores inuiolabiliter perpetuo obseruentur, presentem super ipsis paginam conscribi iussimus, et sigillorum nostrorum appensione lucidius communiri. Datum in castro nostro Tangermunde, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX, bona quinta feria, presentibus Domino Conrado preposito ibidem in Tangermunde, Borchardo de Bertensleue, Conrado de Osterborch, militibus, Johanne apud fontem, Gherardo Thuriz ciuibus nostris in prenotata antiqua ciuitate Soltwedel, et aliis multis ydoneis ad hoc pro testibus vocatis.

Nach dem Originale des Salzwedeler Archives III, 17.

C. Conrad Dequede überläßt dem Georgenhospital Bächte aus dem Dorfe Siepe, am 26. April 1330.

Tenore presentium pateat vniuersis, Quod ego Conradus de Dequede, morans in villa dolchov, solempnj vendicionis tytulo rite et rationabiliter vendidj honestis viris domino heyfoni de Thuritz ac Wessokino, cuij in Soltwedel, prouisoribus sancti Georrij, siti foris ciuitatem iam dictam soltwedel, ad manus eiusdem sancti Georrij, dimidium chorum reddituum situm in villa Sypen in curia nunc Wyllekini caluj, hereditarie et pacifice absque omni impetitione, quemadmodum ipsum possedi hucusque, post obitum dilecti mej patris perpetuis temporibus possidendam. Nichilominus eidem domino heyfoni et Wessokino dictum dimidium chorum, ut juris est, debeo debite warandare et in bonum, prout hactenus feci et de cetero mea bona faciam, plene conseruare, quousque ad manus illius predictum dimidium chorum resignaero, cuj antedicti prouisores concorditer mihi dixerint resignandum, per illustres dominum nostrum Ottonem, in Brunelwic ducem, ac agnetem, ibidem ducissam, legitime conferendum. In cujus vendicionis mee et ceterorum premissorum lucidius testimonium et euidentiam clariorem presenti super ipsis conscripte meum sigillum ex mera mea scientia dignum duxi appendendum. Datum anno do-